


R.M.I. $\frac{1}{2}$
485

Grabs II

F.




Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



R 9002
2005

I. N. 7.
In Collegio Academico Cibiniano,
de Academia,

AVSPICE,
VIRO VENERABILI, CLARISSIMO ATQVE
AMPLISSIMO,

D. JOHANNES LEONHARDI,
Pastore meritissimo, Inspectore vigilantissimo & Capi-
tuli DECANO gravissimo,

PRÆSES,

M. ISAACUS ZABANIUS,
S. S. Theologiae & Philosophiae P. P. ac Gy-
mnasii Rector,

RESPONDENTE,

DANIELE PEMGERO,
S. S. Theol. & Phil. Studioso,

disputabit,
Anno 1685. die 16. Octobris 12. Decembris.
hora 12.



CIBINII,

Imprimebatur apud Stephanum Jüngling.



I. N. 7.

In Collegio Academico Cibiniano,
de Academia,

AVSPICE,

VIRO VENERABILI, CLARISSIMO ATQVE
AMPLISSIMO,

D. JOHANNÉ LEONHARDI,

Pastore meritiſſimo, Inſpectore vigilantiffimo & Capi-
tuli DECANO graviffimo,

PRÆSES,

M. ISAACUS ZABANIUS,

S. S. Theologiæ & Philoſophiæ P. P. ac Gy-
mnafii Rector,

RESPONDENTE,

DANIELE PEMGERO,

S. S. Theol. & Phil. Studioſo,


diſſumbit,

Anno 1685. die 16. Octobris. 12. Decembis.
hora 12.



CIBINII,

Imprimebatur apud Stephanum Jüngling.


VIRO VENERABILI,
CLARISSIMO atq; DOCTISSIMO
DOMINO,
DANIELI FEMGERO,
ECCLESIAE NAGY-APOLDIENSIS AN-
TISTITI ET CAPITULI SABESIENSIS
DECANO MERITIS-
SIMO,

Domino PATRI suo ætatem suspiciendo,
 offert


RESPONDENS,

in tesseram amoris filialis & perpetuum obse-
 quiorum monumentum.



M. ACADEMIA
 KÖNYVTÁRA

SECTIO


SECTIO I. DOGMATICA.

Thesis I.

Academia erat locus nemorosus, Athenis 1000. passi-
 bus distans, sepulturæ primùm illustrium virorum,
 postea tractu temporis etiam fervorum, destinatus: *Zving. Vol.*
17. Theatri l. 8. p. m. 2711. Chabot. in 2. Epist. Hor. l. 2. adeo
ut ipse quoq; Plato ibi fuerit sepultus, teste Laërt. l. 3. p. m. 107.

2. Eratq; locus insalubris & pestilentissimus. *Zving. Vol. 18*
l. 2. ex Ailiano, Matthias Mart. in Lex. Phil. ex Basilio.

3. Dicta autem erat Academia, ab *Academo Hero*, ut habet
Basil. Fab. Soranus Thes. p. 4. vel Heroe, ut habet Laërt. l. 3.
p. m. 97. suid. ab Hecademo dictam putat, quem tamen diver-
sum à superiori non fuisse patet ex Laërt. l. c. & consentit D. Joh.
ban. Bacmeisterus Jubil. Rost. p. m. 374.

4. Qui Academiæ originem, ad *Academum* referunt
Tyndaridarum οὐγγονον: illos negare oportet, *Platonem*
Principem & institutorem veteris Academiæ fuisse, contra
communem Doctorum sensum, & contra testimonium Laërt.
p. 5. 7. Cic. l. 1. Acad. Qu. f. m. 2. & l. 3. de Orat. f. m. 82.
Eos enim conjungi Chronologia vetat: cum Plato Academo
766, annis circiter fuerit posterior. Vid. Plutarch. in Platone.
nisi voce Academiæ solum illum locum intelligas, quod tamen
etiam incertum. Nam & Loca non semper ab autoribus, sed
sæpè à possessoribus & aliis locis denominantur: sicut Tusculanum
Ciceronis villa, à Tusculano Italiæ oppido, Pompeianum,
prædium circa Pompeios, ut habet Forum Romanum.

5. Hunc locum pestilentem frequentavit *Plato*, vel ad cõer-
 cendam libidinem, ut putat *Zving. & Mart. supra cit. vel ob so-*
litudinem atq; secessum acroasibus Philosophicis convenien-
tem, ut ait Plutar. p. m. 759. ita ut locus iste, auctore Platone
factus sit Gymnasium studiorum.

A 2

6. Qua-

6. Quatuor autem præcipua erant Atheniensium Gymnasia, puta: *Academia*, s. *Gymnasium* inferius vel ambulatio inferior; cui *Plato* & *Lyceum* s. *Gymnasium* superius, vel ambulatio superior, cui *Aristoteles*, *Stoa*, cui *Xeno* & *Pythagoras*, cui *Antisthenes*, præfuit. *Laërt.* Hinc illæ Philosophorum familiæ: *Academicorum*, *Peripateticorum*, *Stoicorum* & *Cynicorum*.

7. Sumitur ergo *Academia*, vel pro loco, studiis docentium & discipulorum destinato, ut *Theophrastus* 1. vel pro ipso coetu, circa studia tradenda & addiscenda occupato.

8. *Academia* posteriori modo accepta, est vel *Verus*, vel *Media*, vel *Nova*. Veteris Princeps fuit *Plato*, ut jam dictum: *Mediæ*, *Arcefilaus*. *Novæ* *Lacydes*. *Cicero*, hos imitatus, villam suam, porticu & nemore celebratam, appellavit *Academiam*, in eaq; libros quæstionum *Academicarum* conscripsit.

9. Sumitur præterea *Academia*, vel latè, pro qualibet illustri Scholâ, in qua labores docentium & discipulorum, supra trivium assurgunt, uti è *Calepino* patet; vel strictè, pro ejusmodi Scholâ, quæ præter sublimiorem docendi discendiq; rationem, privilegium etiam obtinet, gradus *Academicos* conferendi.

10. Hæc posterior, *Universitas* vulgò dicitur, sed minus accuratè. *Universitas* enim, vel dicitur, ab universitate gentium, quibus ad eam patet aditus; vel ab universitate studiorum. *Ratio* prior, quodlibet *Gymnasium*, in censum *Universitatum*, facile admiserit. *Ratio* posterior, non in omnibus *Academiis* obtinet: nisi dicas *Platonem* in *Veteri*, *Arcefilaum* in *Media*, *Lacydem* in *nova Academia*, *Ciceronem* item in villa sua, omnes *Facultates*, omnesq; linguas docuisse. *D. Leibniz* / *Exer. 5. Polit. Disp. 5. Theophrastus* 78. p. m. 122. ita: *Ex diversis*, inquit, *Collegiis Academicis*, unum corpus constituitur, cui si annumerentur omnes *Academici cives*, fit *Universitas*.

11. Sunt ergo *Academiæ*, quæ solâ *Philosophiâ* constant, qualis erat *Platonis* & aliorum *Gentilium*. Licet enim *Plato*, in *Timæo* alibiq; multa præclarè de *Deo* scripserit, partim à sacerdotibus *Ægyptiis*, partim ex lumine naturæ hausta; ea tamen

men omnia, ad suam *Philosophiam* retulit, quæ cum *Revelata Dei* cognitione comparata, vix umbram quidem aliquam referunt. *Medicus* non fuit, cum *Euripidem*, suum ad *Ægyptios* comitem, valetudine laborantem, non ille, sed *Sacerdotes Ægyptii* curaverint. *Plutarchus in Platone*. In *Lib. 10. de Republ.* & *13. de Leg.* non *Jurisconsultum*, sed *Politicum* egit. *Propositum* enim ipsi in his omnibus erat, iudice *Johanne Serrano*. docere, quâ ratione opportunè atq; fructuosè constituenda sit *Respublica*. & quibus eam *Legibus* munire consentanum sit, ut hominibus constet, vera ratio societatis continentæ. Certum præterea est, eum nunquam vel *Jurisconsultum* vel *Medicum* aut *Theologum*, sed semper *Philosophum* fuisse appellatum. *Vid. Aug. 1. 8. de C. D. c. 4. sequi Laërt. Plutar. Cic. 1. 3. de Orat. it. m. in Qu. Acad. Tuscul. Aul. Gell. 1. 3. N. A. c. 17. &c.* Fortasse & *Hebræam* & *Chaldæam* &c. docuit? sed quomodo? cum *Aug. 1. 8. de C. D. c. 11. p. m. 474.* neget eum *Scripturas Hebræas* legere potuisse: eò quòd nondum fuerint in *Lingvâ Græcâ* translatae. Et quid dicendum de *Academia Arcefilai*, *Lacydis* & *Ciceronis*? num & hi omnes *Facultates* & *Lingvas* docuerunt? Deniq; si *Academia* & *Universitas* sunt idem: ineptus fuerit *D. Thomas Lindemannus* qui in *Orat. Seculari Rostochie* si p. m. 87. ita loquitur: *Constantinopolis Romæ æmula, Academia cum Sacra, tum Juridica, fuit celeberrima. Ineptus itidem, Job. Christoph. Oel. f. U. J. D. qui in Orat. Año 1623. Altorfina habitâ, cum Acad. Altorfina, novo à Ferd. II. privilegio augetur, sic: Hæc dicta sunt, de nascente & Adolescente Academia: Sintemal es sezt an dem/dass gleichsam die Academia, heutiges Tages/ geschlossen/ und dargegen/ ein neues/ das ist/ eine Universität/ geöffnet/ und Studium Universale angestellet werde.*

12. *Aliæ* duabus *Facultatibus* vel *Collegiis* constant, ut jam de *Constantinopolitana* audivimus. Talis in *Hung.* est *Academia Tirnav.* talis olim erat *Cassov.* uti *Tais avto Tais* notum.

13. *Aliæ* tribus, uti *Academia Rostochiensis* initio. *Martin.*

enim V. Pontif. à Joh. & Alberto Ducibus Megapol. ut & Senatu Rostoch. A. 1419. induci non potuit, ut Patribus Academiæ, potestatem faceret, Theolog. quoq; docendi. Hanc enim anno demum 1432. Henric. & Joh. Duces Megapol. cum Academiæ Cancell. Hermanno Episc. Sverinensi, ab Eug. IV. Papa impetratâ Academiæ adjecerunt. Aliæ deniq; quatuor Facultatibus, item discipulis Instr. & studiis Lingvarum constant, quæ solæ propriè Universitates dicuntur.

14. Academiæ dicuntur alias Scholæ Regiæ, strictiori, quàm par est, appellatione, item Gymnasia, Athenæa. Honorariis autem titulis variè, puta: Cœlestis veritatis oracula & Humanæ Sapientiæ adyta, à Mulmanno; virtutum officinæ, Seminaria Ecclesiæ, Plantaria Reipubl. ab Althusio; Ling. & Disciplinarum emporia, Ecclesiæ fulcra, Reipubl. bases & fundamenta, à Glaciano; Flos Ecclesiæ, à Chrysologo; Musar. sedes, à Strigelio; Divinæ & humanæ Sapientiæ scaturigines, è quibus sapor in omnes Reipublicæ partes fluit, à Joh. Caso, &c.

15. Causa Eff. Academiarum vel est Prima, vel Secunda. Illa est Deus, omnis boni fons & scaturigo Jac. 1. 17. Conf. 1 Cor. 4, 7. Exod. 31, 2. Secunda, pro diversitate Seculorum variat. Priscis n. temporibus, docentium celebritas Academiæ fecit, ut de Arcefilao, Lacyde, Cicerone & Platone supra audivimus, à quo usus vocis Academiæ & Academicorum, ad nostram usq; ætatem dimanavit. Hodie Pontifices, Imperatores, Reges, potestatem obtinent Academiæ erigendi: quæ Rebuspubl. etiam negari nequit: iis præsertim, quæ universum Papæ, aliorumvè Principum Imperium, excusserunt. Hinc Gisb. Voet. Præf. in Exerc. & Bibl. Stud. Theol. dicit, à Consulibus Ultrajecti primò Gymnasium Anno 1634. esse apertum, idemq; postea, ab iisdem Anno 1636. in Academiæ evectum.

16. Materia Academiarum ἀναλόγως, sunt Personæ, è quibus corpus Academiæ coalescit. Et hæc vel pertinent ad doctrinam; vel ad Regimen & disciplinam. Priores, vel sunt Docentes, vel discipuli. Posteriores, vel sunt Principales, ut Cancellarius,

rius, Syndicus, Quæstor; vel Ministeriales, ut Pedelli, Typographi & siqui alii.

17. Forma consistit in insigni, exquisitâ & minimè proletariâ doctrinarum, Virtutû & Lingvarum traditione. Vid. Jub. Rost. p. m. 375. Finis vel est Internus, n. disciplinarum, Virtutum & Lingvarum perceptio; vel Externus, Ecclesiarum, Rerumpublicarum & Oeconom. salutaris & prudens gubernatio.

18. Adjunctum & veluti Proprietâs quædam Academiæ, prout eæ hodie eriguntur est 1. Facultas gradus honoris & titulorum Academ. conferendi. 2. Exemptio à Jurisdictione Magistratûs Civilis, quoad onera civilia, quoad causas civiles & criminales, non quidè quantum ad executionem, sed quantum ad Causæ discussionem. Academiæ enim jure gladii destituuntur. 3. Ritus depositionis, in plerisq; hæctenus usurpatus.

19. Effectum est actualis honorû & titulorum collatio. Oppositum, ratione Fulmine, est docentium & discipulorum negligentia: ratione Finis, licentia pro placito vivendi: ratione Adjuncti, bullaris titulorum acquisitio.

SECTIO II. PROBLEMATICA.

Quæst. 1. An ad constitutionem Academiæ, semper concurrat aliquis, ab Ipsi docentibus distinctus? Neg. Id quod exemplum Platonis Academiæ institutoris docet: unde & quæ ab eo fluxit Secta, Academica appellata est, ut ait Laërt. l. 3. p. m. 107.

2. An Academia & Universitas sint idem? Neg. Differunt enim ut latius & strictius. Nam omnis quidem Universitas est Academia, sed non contrâ, ut è dictis apparet.

3. An Privilegium Gradus Academicos conferendi, sit cum Academiis convertibile? Neg. Quia non eadem sunt Graduum istorum & Academiarum incunabula. Pleriq; n. omnes, imprimis verò Simlerus, D. Bacmeisterus Jub. Rost. p. m. 381. D. Joh. Christ. Gelshafen / statuunt consuetudinem hanc à Lothario II. Imp. qui Anno 1125. Imperium adiit, in Academiis esse introductam. Vid. & Orat. Lansii pro Germ. p. m. 31. Item D. Gesh. Loc. de Minist. Ecc. parag. 136. qui dicit, Interpret-

Interpretes Juris Latini Doctores Juris primùm Bononiæ fuisse creatos: ab his autem ad Theologos Parisienses, morem illum transisse. Alii ad August. usq; Cæsarem ascendunt, quod ego quidem neq; in Svetonio, neq; in Floro, neq; in Zving. inuenio. Sed esto, nostræ id sententiæ minimè incommodabit. Platonis enim Academia, juxta Supp. Funccii 371. annis, Augusto erat antiquior. Præterea Facultas illa honores istos conferendi variat. Etenim Acad. Argentorat. anno 1566. à D. Maximil. II. & Altorfina anno 1578. à Rudol. II. confirmata, facultatē obtinuit tantum in Bacca laureos & Magistros promovendi: donec tandem utriq; Ferd. II. Imp. illi quidem anno 1621. huic verò anno 1623. universale Privilegium contulisset; Doctores, Licentiatos & Poetas Laureatos creandi. E quibus apparet, Academias aliquando privilegiis istis penitus caruisse: aliquando quædã & nō omnia habuisse, adeoq; ea, Academicis, quæ talibus, non convenire, sed quæ sunt privilegia.

4. An Collegium Cibintense rectè dicatur Academicum & At. si peccatissimus Academi hortus, si villa Ciceronis, rectè dicebatur Academia: cur Collegiū Cibintense non Academicum & Agnovit hoc Trösterus in sua Dacia, M. Kelpius in Disp. Lipsiæ typis exscripta. Agnovit censura Academia Lipsiensis, sine quâ neq; Trösterus suam Daciam, neq; M. Kelpius suam Disp. vulgavit, Agnovit M. Fronius, in literis nuper Vittebergâ datis. Ostendet forè ista etiam Disp. studia Coll. Cibin. ultra trivium assurgere. Ut taceam de peculiaribus Legibus & Judiciis Scholasticis, de exemptione Scholasticorum ab oneribus civilibus, de ritu depositionis, apud Nos adhiberi solito.

C O R O L L A R I A.

1. Hypostasis Heb. 1. 3. significat personam, non essentiam nisi concretè & in sensu Identico aut fundamentaliter. Ita cum Magnif. Dno D. Calov. Theologo nostro temporis in comparabili, part. Gen. Met. p. m. 651. cum D. Egid. Hun. Parco, Marlorato aliisve Excellent. Doctoribus, Comen. in h. l.


2. Non omnis morbus & calamitas est poena peccati formaliter. Sic dixerunt verè (sæpe R. Mos. Maim.) Sapientes nostrî: non est mors absque peccato & non sunt castigationes absque delicto. Sed has consequentiæ ineptias (sicut D. Danh. in Prodom. Antichrist. p. m. 2.) fortiter retudit ipse Salvator. in loco (pura Joh. 9. 1.) cujus occasione hæc scribimus. Et quid dicendum de calamitate Jobi, cui Deus ipse testimonium præbet innocentiæ. Malum inquit idem D. Danhav. H. d. of. Phas. 4. p. m. 17. est vel Medicinale, put-

Αἴτιον, Παιδεία & παιδεία, vel Poenale, ut Ἰουδαία.

3. Mors, quanquam sit stipendium peccati, ex conditione lapsum secuta: quædã hæc ratio: & habet mors ex Instituto Dei, rationem mediæ, ad glorificationem ducentis. D. Hulf. Brev. c. 16. Th. 13.

S O L I D E O G L O R I A.





TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



Interpretes Juris Latini Doctores Juris primū Bononiæ fuisse creatos: ab his autem ad Theologos Parisienses, morem illum transisse. Alii ad August. usq; Cæsarem ascendunt, quod ego quidem neq; in Svetonio, neq; in Floro, neq; in Zving. inuenio. Sed esto, nostræ id sententiæ minimè incommodabit. Platonis enim Academia, juxta Supp. Funccii 351. annis, Augusto erat antiquior. Præterea Facultas illa honores istos conferendi variat. Etenim Acad. Argentorat. anno 1566. à D. Maximil. II. & Altorfina anno 1578. à Rudol. II. confirmata, facultatē obtinuit tantum in Baccalauros & Magistros promovendi: donec tandem utriq; Ferd. II. Imp. illi quidem anno 1621. huic verò anno 1623. universale Privilegium contulisset; Doctores, Licentiatos & Poetas Laureatos creandi. E quibus apparet, Academiis aliquando privilegiis istis penitus caruisse: aliquando quædā & nō omnia habuisse, adeoq; ea, Academiis, quæ talibus, non convenire, sed quat. sunt privilegiatæ.

4. An Collegium Cibiniense rectè dicatur Academicum? Atq; si pes silentissimus Academi hortus, si villa Ciceronis, rectè dicebatur Academia: cur Collegiū Cibiniense non Academicum? Agnovit hoc Trösterus in sua Dacia, M. Kelpius in Disp. Lipsiæ typis exscripta. Agnovit censura Academia Lipsiensis, sine quâ neq; Trösterus suam Dactam, neq; M. Kelpius suam Disp. divulgavit. Agnovit M. Fronius, in literis nuper Vittebergæ datis. Ostendit forè ista etiam Disp. studia Coll. Cibini ultra trivium assurgere. Ut taceam de peculiaribus Legibus & Judiciis Scholasticis, de exemptione Scholasticorum ab oneribus civilibus, de ritu depositionis, apud Nos adhiberi solito.

COROLLARIA.

1. Hypostasis Heb. 1. 3. significat personam, non essentiam nisi concretè & in sensu Identico aut fundamentaliter. Ita cum Magnif. Dn. D. Calov. Theologo nostritemporis in comparabili, part. Gen. Met. p. m. 651. cum D. Egid. Hun. Pareo, Marlorato aliisve Excellent. Doctoribus, Comen. in h. l.

2. Non omnis morbus & calamitas est poena peccati formaliter. Sic dixerunt verè (ait R. Mos. Maim.) Sapientes nostri: non est mors absque peccato & non sunt castigationes absque delicto. Sed has consequentia ineptias (ait D. Danhav. in Prodom. Antichrist. p. m. 2.) fortiter reudit ipse Salvator, in loco (puta Joh. 9. 1.) cujus occasione hæc scribitur. Et quid dicendum de calamitate Jobi, cui Deus ipse testimonium præbet innocentiæ? Malum inquit idem D. Danhav. Hodol. Phars. 4. p. m. 17. est vel Medicinale, puta

Αἴτιον, ὀφθαλμια & κωδία, vel Poenale, ut ἰσχυρία.

3. Mors, quanquam sit stipendium peccati, ex conditione lapsum secuta: quædā fideles tamen exspirat hæc ratio: & habet mors ex Instituto Dei, rationem medicæ, ad glorificationem ducentis. D. Hulf. Brev. c. 16. Th. 13.

SOLI DEO GLORIA.



